Fragmentarium

ad servos suos cito proferte stolam primam et induite illum et date
anulum in manu eius et calciamenta in pedes eius. Dom. iii.
℟ Dixit iudas. In evg. a. Fili tu semper mecum es. Inat. euouae
et omnia mea tua sunt epulari autem et gaudere oportet te
quia frater tuus mortuus fuerat et revixit perierat et inventus
est. Invitat. Deus magnus dominus et rex magnus
Videntes ioseph. V super omnes deos.
a longe loquebantur mutuo fratres dicen
tes ecce somniator venit venite occidamus
eum et videamus si prosint illi som
nia sua. ℣ Cumque vidissent ioseph fratres sui quod a patre cunc
tis fratribus plus amaretur oderant eum nec poterant ei quic
quam pacifice loqui unde et dicebant. Venite.
℟ Dixit iudas fratribus suis ecce ismahelite
transeunt venite venundetur et manus nostre
non polluantur caro enim et frater noster est. ℣ Cumque
abisset ruben ad puteum et non invenisset eum scissisque vesti
bus pergens ad fratres ait puer non comparet et ego
quo ibo. Caro. ℟ Videns iacob vestimenta io
seph scidit vestimenta sua cum fletu et

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 927, Cod927_VDS_down – Antiphonarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57d/1715/32406)